

Damit der Leser sich ein Urtheil bilden könne, stelle ich im Folgenden einige der frappantesten Ausdrücke beider Werke einander gegenüber.

Micrologus.

Cap. 24. De ieiunio vernali.

Migne P. L. 151, 996.

Nullum autem commoveat quod tempore Henrici secundi imperatoris duodecim episcopi Moguntiae congregati, aliter de hoc ieiunio statuisset leguntur. Cum enim apud ipsos non modica varietas de huiusmodi ieiuniis accideret, eo quod antiquam sanctorum patrum traditionem in hac re minus attenderent, pro huiusmodi confusione corrigenda hanc sibi regulam proposuerunt, ut deinceps in prima quarta feria Martii et in secunda Iunii, et in tertia Septembris omni anno ieiunarent. Sed haec regula apostolicae auctoritati praeiudicare nec debet nec potest, praesertim cum evidentissime statutis sanctorum patrum videatur repugnare. Si enim etc. . . . Indubitanter ergo refutare debemus quidquid tam evidenter apostolicae auctoritati contraire videmus . . . Unde tam certa praecepta et exempla sanctorum patrum . . . praesertim cum et facilius observetur quod provida antiquitas et auctoritas instituit, quam quod inconsiderata novitas et infirmitas adinvenit.

Micrologus.

Cap. 25. De ieiunio aestivali.

Migne P. L. 151, 997.

Gregorius papa VII. aposto-

Ivo Carnotensis.

Panormia lib. II, cap. 180.

Migne P. L. 161, 1124.

Quibus mensibus et quibus mensium hebdomadibus ieiunia quatuor temporum constituentur.

Ex Concil. Mog. c. 34.

Constituimus ut quatuor anni tempora ab omnibus hominibus cum ieiunio observentur, id est, in Martio hebdomada prima; in Iunio secunda; in Septembri tertia; in Decembri quarta, quae fuerit ante vigiliam natalis Domini, id est feria quarta, et sexta, et sabbato veniant omnes ad ecclesiam hora nona, cum litanis ad missarum solemnia.

Ibid. cap. 181.

Ex Concil. Salegunstad.

De incerto autem ieiunio quatuor temporum hanc certitudinem statuimus, ut si kalend. Martii in feria quarta sive antea evenierit, de eadem hebdomada ieiunium celebretur. Si autem kal. Martii in quinta feria aut in sexta feria, aut in sabbato distenduntur, in sequentem hebdomadam ieiunium differatur. Simili quoque modo, si kal. Iunii in quarta feria aut antea evenierit, in sequenti hebdomada ieiunium celebretur; et si in quinta aut in sexta feria aut sabbato contigerit ieiunium in tertiam hebdomadam reservetur. Et hoc sciendum etc.